Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26373
Copyright: Admont, Benediktinerstift

intentionis seruat. Vnde et puer qui hec nuntiat solus
euadit. quia mentis discretio etiam inter temptamenta
incolomis permanet. Agitque puer ut iob filios flendo recu-
piat. dum discretione nuntiante dolens animus uires quas
quasi amittere ceperat. penitendo conseruat. Mira autem
hoc nobiscum dispensatione agitur: ut mens nra culpe
nunquam pulsatione feriatur: nam esse se magnarum
uirtum homo crederet. si nullum umquam earum de uirtum
defectum intra mentis archana sentiret. Si diu temptatione
irruente quatitur. et quasi ultra qm sufficit fatigatur: et
contra hostis sui insidias munimen humilitatis ostenditur.
et unde se premescit ne eruat cadere. inde accipit fortiter
stare. Temptatus autem non solum uires aquo accipiat discit.
Si quanta eas uigilantia seruet. intellegit. Sepe enim que tem-
tationis certamen superare non ualuit. sua deteriori securitas
strauit. nam dum lassum se quisque in otio remittit. dissoluta
mente corruptori prstitit. At si cum ea dispensatione superne
pietatis temptatio non repente uehementer irruens. sed tem
perato accessu erudiens pulsat. numirum ad insidias puiden
das euigilat. ut contra hostem se incertamine cautus accin
gat; unde et bene subiungit. Tunc surrexit iob. Sedere enim
quiescentis. at surgere est certantis. Ductis quoque aduersis sur-